

tractus esset in loco distant ab ecclesia violata, sed necessario debeat fieri restitutio ipsi eidem ecclesie violatae, ut abunde patet ex supra allatis decretis, tanto minus poterit fieri talis restitutio carceribus ecclesiasticis, aut Episcopo, seu ejus Vicario Generali, quia Episcopus, ex quo non sit dominus, sed tantum procurator ecclesie, arg. cap. si privatum ab. caus. 12. q. 1. nequit remittere injuriam illi factam per extractionem, & retentionem confugium: Glossa in cap. si his 28. caus. 13. q. 4. verb. Possumus, Abbas in cap. Contingit 46. de sententia excomm. num. 11. Innocent. ibid. in princip. Hostiens. ibid. num. 2. Pignatell. loc. cit. num. 9. Reiffenst. loc. cit. num. 207. & alii quos refert Binsfeld. de injur. & damn. dat. cap. 7. num. 4. & ult. conclus.

124 Nec etiam pro restitutione sufficit simplex excommunicatione, aut admisso extracti, sed debet per extrahentes necessario reponi in eadem ecclesia, seu loco, a quo fuit extractus, ut respondit Sac. Congr. Immun. in una Mediolanensi 23. Februarii 1688. his verbis: "Scribatur Eminentissimo Archiepiscopo, ut Oratorem faciat restituere ecclesie, a qua fuit extractus, nec sufficere vilius excommunicationem pro reintegracione violatae immunitatis ecclesie ob extractionem ipsius Oratoris." Sic Pignatell. loc. cit. num. 10. Reiffenst. loc. cit. numero 209. Riccius in Synopsi verb. Restitutio num. 1.

125 Ultra restitutionem rei extracti pro reintegracione tenentur etiam male extrahentes ad restitutionem omnium rerum, & etiam armorum, quae fuerunt ablata in extractione: Comm. ori. cap. Sicut antiquitus 6. caus. 17. quest. 4. ibi: Qui personam, vel bona ejus inde subtraxerit, quoad usque emendat, & quod rapuerit, reddat, excommunicatur: & sic pluries decrevit Sac. Congr. Immun. & signatur in Arculana 15. Januarii 1658. apud Riccium in Synopsi verb. Restitutio n. 29. his verbis: Ablata de tempore, quo quis fuit extractus ab ecclesia, Episcopus mandat restitui; & in Verulanana 20. Februarii 1608. apud Riccium loc. cit. n. 22. ibi: Nulliter extracti ab ecclesia per curiam episcopalem Episcopus mandat restitui, quicquid solvit pro sua excommunicatione Vicario, Cancellario, & alii, & in puncto de restitutione armorum censuit Sacra Congregatio, quod ante absolutionem faciendi sit restitutio in integrum armorum, in una Lucen. Sarzanen. die 4. Augusti 1624. & die 24. etiam Augusti ejusdem anni in una Brundisina, & in una Mediolanensi die 28. Maji 1626. apud Pignatell. tom. 2. consil. 172. num. 13.

126 Violatores immunitatis asyli, ultra gravissimum sacilegium, quod committunt ex cap. Miror 7. cap. Frater 9. cap. Quivis 17. caus. 17. q. 4. & aliis similibus, & nullitate omnium eorum actuum ex cit. Gregoriana, & Benedictina §. 9. incurrunt excommunicationem majorem late sententiae: habetur ex cit. Gregor. §. 8. ibi: "Quod si quis quacumque dignitate, & auctoritate praeditus, praemissorum, aut alio quovis praetextu, quidquam praeter, aut contra hujus nostrae constitutionis tenorem attentare praesumpserit, declaramus eum ipso facto censuras, & poenas ejusdem declaramus eum contra libertatis Juris immunitatis ecclesiasticae violatores per sacros canones, Conciliorum generalium, nostrorumque praedecessorum constitutiones sunt promulgatae: & consimiliter habetur ex cit. Benedictina §. 9. & hanc excommunicationem esse late sententiae jam habebatur ex repetitis declarationibus jussu Clement. VIII. & Pauli V. editis, de quibus testatur Castropalao tracl. 11. disp. unic. 12. num. 3. Bonacina tom. 2. disp. 3. q. 7. punct. 8. num. 3. Marius Ital. de immunitat. lib. 1. cap. 6. §. 2. n. 29. & seq. Haenold. tom. 6. tracl. 11. num. 255. & hodie post dictas Bullas, & declarationes est certa, & communis. Unde violatores asyli non sunt excommunicandi, sed solum sunt declarandi excommunicati, seu incurrisse excommunicationem, ut optime tradit Sperell. dec. 48. n. 32. & dec. 105. n. 42. & alii passim.

127 Talem majorem excommunicationem late sententiae incurrunt quicumque ejusvis dignitatis, & auctoritatis existant, qui aliquo modo immunitatem asyli violant: Communis, ac certa, ex cit. Gregoriana §. 8. ex citat. Benedictina §. 9. Sic eam incurrunt omnes capientes, ex-

trahentem, incarcerantes, vincientes reum in loco asyli existentes, & communis. Item complicis extractionis, & hujusmodi: Sac. Congr. Immun. in Hydruntina 2. Decembris 1692. lib. 1. decret. Vallem. pag. 7. Balneogien. 11. Januarii 1695. l. 1. decret. Vallem. pag. 166. Regien. 2. Julii 1695. lib. 1. decret. Vallem. pag. 190. Item Fautores; eadem Sac. Congr. in Neapolitana 131 18. Novemb. 1687. lib. decret. Martelli. pag. 186. Item Cooperatores: eadem Sac. Congr. in Regien. 19. Decembris 1690. lib. decret. Martelli. pag. 688. in una Aquipendii 13. Novemb. 1691. lib. decret. Grimald. pag. 36. Signina 31. Julii 1695. lib. decret. Mantell. pag. 751. 132 Item mandantes: eadem Sac. Congr. in Neapolitana 18. Novemb. 1687. lib. decret. Mantelli pag. 186. Camerinen. 3. Augusti 1695. lib. 1. decret. Vallem. pag. 406. Item cogentes, obsessantes, & custodientes confugium, ut egrediatur ab ecclesia, & capiatur: eadem Sac. Congr. in Perusina 5. Junii 1694. lib. 1. decret. Vallem. pag. 126. Hieracen. 28. Augusti 1700. lib. 2. decret. Vallem. pag. 202. Item dolose, & blande suadentes confugio, ut exeat in loco immuni, ut capiatur a Birruariis: eadem Sac. Congr. in Marticen. 31. Julii 1691. lib. decret. Martelli pag. 249. in Aquipendii 13. Novemb. 1691. lib. decret. Grim. pag. 36. in Neapolitana, seu Castri Marti 23. Junii 1693. lib. 1. decret. Vallem. pag. 58. in Camerinen. 13. Maji 1698. lib. 2. decret. Vallem. pag. 153. Item tentantes: eadem Sac. Congr. in Mitterninen. 1. Decemb. 1693. lib. 1. decret. Vallem. pag. 96. in Sutrina 20. Augusti 1695. decr. lib. pag. 210. Item ipsi extrahentes, quomvis extractum consignaverint potestati ecclesiasticae: eadem Sac. Congr. in una civitatis castellane 15. Novemb. 1687. lib. 3. decret. Alrovit. pag. 183. Nec supradicti excusantur ab excommunicatione, quomvis reus libere consentiat, cap. carcerari, extracti, & hujusmodi, quia adhuc violatur immunitas ex dictis supra num. 3. & 106.

136 Si violatores libertatis, vel immunitatis ecclesie appellaverint contra sententiam declaratoriam Episcopi, talis appellatio non debet admitti, nisi prius ecclesia fuerit satisfactum; Pignatell. tom. 2. consil. 65. num. 26. ubi affert plures declarationes praecisus his verbis: "Appellatio a declaratoria censurarum in materia violatae immunitatis ecclesiasticae non admittitur, nisi prius ecclesia quoad suum honorem fuerit in integrum restituta." Sac. Cong. Episcop. in Neapolitana 11. Octob. 1617. & Liparen. 4. Julii 1620. & Rhegion. 28. Julii eodem anno, & Syracusana 19. Julii 1622. & pluries declaravit etiam Sac. Cong. Immun. ut refert Riccius in Synopsi verb. Appellatio, ubi sub num. 3. sic praecise habet: "Appellatio ad Metropolitanum super censuris latis in causa violatae immunitatis non est attendenda ab Episcopo." Sac. Congr. Immun. in Bituncien. 6. Febr. 1694. lib. 1. decret. Vallem. pag. 102. & sub n. 4. his verbis: "Immo neque appellatio ad Sanctissimum, & Sac. Congregationem admittitur, quoad effectum suspensivum, sed solum quoad devolutivum." Maternen. 9. Septemb. 1631. lib. 2. decret. Paul. pag. 89. Beneventana 22. Novemb. 1639. lib. 3. decret. Paul. pag. 104. In una nullius Abbatis S. Joannis in Lomis 19. Octob. 1695. lib. decret. Vallem. pag. 124. Balneoregion. 18. Augusti 1700. lib. 2. decret. Vallem. pag. 307. & sub numer. 7. sic refert: Non obstante appellatione interposita ad Nuntiatum per Baronellum excommunicatum ob violationem immunitatis, Episcopus procedat contra ipsum ad ulteriora. In una Burgi S. Spulcri 7. Maji 1698. lib. 2. decret. Vallem. pag. 151. & sub num. 6. refert: Non obstante appellatione, procedendum prout de jure contra violatores immunitatis ecclesiasticae. Pisauran. 25. Septembris 1627. lib. 1. decret. Paul. pag. 67. & sub num. 11. sic habet: Non admittitur appellatio tam ad effectum devolutivum, quam suspensivum a censuris in contumaciam promulgatis ex causa violatae immunitatis: Rossanen. 8. Aprilii 1642. lib. 3. decret. Paul. pag. 173. (Vid. verb. Appellatio.)

137 Absolutio a censuris contractis ex causa violatae immunitatis, libertatis, & jurisdictionis ecclesiasticae est reservata Summo Pontifici, nec ab alio potest concedi sub

quo-

quocumque praetextu etiam restitutionis statim factae ecclesiae, & opinio contraria improbatur: sic Sac. Congr. Immun. in Lycien. 13. Julii 1638. lib. 3. decret. Paul. pag. 66. Casertana 24. Jan. 1651. l. 4. decret. Paul. pag. 134.

138 Et ita est reservata Summo Pontifici, ut vacante sede Apostolica, desit potestas absolvendi: eadem Sac. Congr. in una S. Marci in Calabria 2. Junii 1691. lib. decret. Martelli pag. 374. Sic refert Riccius in Synopsi verb. Absolutio num. 2.

139 Unde Ordinarii, & Episcopi absolventes: censuratos hujusmodi sine facultate Sedis Apostolicae incidunt in excommunicationem eidem sanctae Sedi reservatam, a qua regulariter datur facultas, ut se faciant absolvere a suis confessoribus privatim, & cum Sanctissimo agitur pro dispensacione irregularitatis, quatenus incurrerint, ead. Sac. Congr. in Squillacen. 16. Decemb. 1664. decret. Rocci pag. 608. Avernens. 29. Januarii 1636. lib. 2. decret. Paul. pag. 241.

140 Quare praecipitur Archiepiscopo, qui sine dicta facultate absolvit censuratos ex causa extractionis confugii ab ecclesia, ut reatigat cedulones contra ipsos; ead. Sac. Congr. in Brundisina 28. Aprilii 1671. lib. decret. Alrovit. pag. 546.

141 Sic pariter absolutio concessa ab Eminentissimo Legato sine facultate apostolica non suffragatur, & injungitur Episcopo, ut denno absolvat auctoritate Sac. Congr. eadem Sac. Congr. in Papien. 11. Julii 1676. lib. 1. decret. Alrovit. pag. 1302.

142 Absolutio obvenia a censuris ex causa violatae immunitatis vigore Brevis Sacrae Penitentiariae non suffragatur in foro exteriori; eadem Sac. Congr. in Gravinen. 9. Octob. 1629. lib. 2. decret. Paul. pag. 8.

143 Nec absolutio ex causa praefata vigore Bullae Cruciate habentur pro bene absolutis a Sac. Congregatione, & injungitur reatigat cedulones: eadem Sac. Congr. in Consent. 21. Julii 1672. l. 1. decret. Alt. p. 705.

144 Absolutio data vigore Bullae anni sancti per confessorium a censuris incursis ex causa violatae immunitatis non suffragatur in foro exteriori: ead. Sac. Congr. in Vicana 27. Augusti 1675. lib. 1. decret. Altos. p. 1141.

145 Absolutio vigore jubiliati non suffragatur censuratis, & reatigi possunt, ac debent cedulones: eadem Sac. Congr. in Aquilana 17. Decemb. 1630. lib. 2. decret. Paul. pag. 66. Gravinen. 1. Octob. 1641. lib. 3. decret. Paul. pag. 157. Hyeracen. 4. Decemb. 1657. lib. decret. Rocci pag. 47. Avernans 19. Julii 1661. dict. lib. pagina 347. Squillacen. 9. Maji 1702. lib. 3. decret. Vallem. pag. 420.

146 Ordinario inferiori concedi non debet facultas absolvendi censuratos ex causa violatae immunitatis, sed Episcopo viciniore: eadem Sac. Congr. in una nullius Meliten. 23. Augusti 1633. lib. 2. decret. Paul. pag. 137. & saepius alibi.

147 Absolutio a censuris incursis ob violatam immunitatem non datur, nec dari potest, & data non valet, nisi restituito reo, & facta satisfacione laesa ecclesiae; arg. cap. Ex literis 11. de constitut. cap. Qua fronte 25. de appell. & cap. Cum desideres 15. de sent. excomm. & expresse decrevit pluries Sac. Congr. Immun. & signatur in Laudun. 9. Octob. 1629. his verbis: Absolutio excomm. non prodest, nisi sequatur restitutio, & reintegracione ecclesie. Sic refert Pignatell. tom. 2. cons. 60. numer. 38. & similiter in Messanen. 11. Augusti 1618. lib. 3. decret. Paul. pag. 68. in Marticana 14. Januarii 1645. lib. 3. decret. Paul. pag. 153. in Aquen. 18. Febr. 1659. lib. decret. Rocci pag. 158. in Rossanen. 9. Maji 1662. lib. decret. Rocci pag. 399.

148 Immunitatem, sive libertatem ecclesiasticam publice violantes a Penitentia apostolica nequeunt absolvi. Benedict. XIV. t. 1. const. 95. incip. Pastor bonus §. 14.

149 Immunitate ecclesiastica non gaudent homicidae tam laici quam ecclesiastici. Vide verb. Homicidae, & verb. Banniti, & dicta art. supr. num. 156.

150 Poena contra turbantes immunitatem afficitur etiam eos qui impediunt, ne Juxta ecclesiasticum cognoscat in causis in quibus habet auctoritatem tantum cumulativam. Benedict. XIV. Instit. eccles. 40. §. 10.

Si quis reus dolose extrahatur ab ecclesia, & extra illam capiat non per vim, aut per saluum conductum, illa dolosa extractio reo non suffragatur ac de decreto Sac. Congr. die 22. Decembris 1716. Instit. eccles. §. 9. n. 31.

152 Quoniam ex facili Religiosorum unius ordinis ad alios ordines refugio ordinum omnium disciplina collabitur; idcirco P. Procurator Ord. S. Augustini Eremitarum Mexicanae Provinciae pro hujusmodi abusu: compendioso recursum habuit ad S. P. Clemente XII. a quo instanti supplicatione ad Congregationem Episcop. & Regularium, remissa, ejusdem Congregationis prodit decretum a Sanctissimo confirmatum, quo statuitur, aufugientes superioribus sui ordinis esse restituendos, sub conditionibus, & cautelis in sequenti expressis.

CLEMENS PAPA XII.

Ad perpetuum rei memoriam.

ALIAS pro parte dilecti filii Ignatii Padilla Fratris expressae professi, in sacra theologia magistri, provinciae SS. Nominis Jesu Mexicanae, ordinis eremitarum S. August. procuratoris ad specialia negotia missi, nobis exposuit fuit, quod in dicta provincia abusus vel de observantia regulari praedictae, nempe quod aliqui religiosi inquieti, & parum observantiae sui instituti amatores obedientiam, reverentiamque, ac subjectionem suis praelatis debitas parvifacientes ad conobla aliorum ordinum, vel congregationum, aut institutorum praetextu evadenda violentiae, & effugiendi rigorum suorum superiorum confugiant, irreperant: & licet superiores praedicti ac Praelati conventuum, ubi praedicti Religiosi confugiant, petant, ut patiantur, quod obligatio obediendi propriis superioribus, & sese ad propria caenobia restituendi intemeret, vel quod illos propriis superioribus tradant, neutrum obtineri solet, protestantes aliorum ordinum, vel congregationum, aut institutorum Praelati, ubi dicti Religiosi confugiant, eosdem gaudere immunitate refugii, & consequenter a proprio Praelato non posse extrahi, requiri, aut notificari, utpote in alieno territorio existentes, neque superiores aliorum ordinum praedictorum debere dictos Religiosos confugientes tradere: & in eadem expositione subjuncto, quod dilectus etiam filius modernus Prior provincialis provinciae, & ordinis praedictorum in angustia positus ad venerabilem fratrem modernum Archiepiscopum Mexicanum illius regni proregem recursum habere coactus fuerat, ut ei auxilium regium impertiretur, quo dispersum gregem ad ovile proprii ordinis reduceret, & hoc tantum medio relatis praedictis occurrere posset. Cum autem minime lateat quod huiusmodi haec janna asyli, aut refugii Religiosis pateat, funditus disciplina regularis, ac debita propriis superioribus obedientia corrumpant, necnon jurgia, & discordiae inter superiores respective ordinum cum secularium scandalo proculdubio pullulent.

Porro, ut tui malis occurreremus per Nos declarari summopere desiderabat, quod dictis Religiosis ad conventus aliorum ordinum, vel congregationum, vel institutorum confugientibus immunitas refugii, seu asyli minime suffragatur, sed a proprio superiore iudicialiter ex alieno conventu unusquisque confugientium hujusmodi extrahi, & ad proprium, quocumque privilegio Regularibus concessio hac in parte non obstante, reduci possit. Quod si dicti Religiosi adhuc rebelles in parendo propriis superioribus perseverent, vel dicti superiores eos titulo refugii recipientes, & auxilium praestantes propriis superioribus tradere renuerint, utriusque poenas fugitivis, eorum factoribus, & protectioribus, necnon rebellibus, & inobedientibus pro hanc Apostolicam Sedem impositas ipso facto, & absque alia declaratione incurrere debeant.

Nos supplicem libellum nobis proreclum ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinal. Negotiis & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositam remisimus, a qua emanavit

decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregat. Eminentiss. & Reverendiss. S. R. E. Cardinal. negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium preposita, ad quam Sanctiss. Dominus noster supplicem libellum remisit, attenta relatione Eminenti. Firrao prafati ordinis apud sanctam Sedem Protectoris, re mature perpensa, decrevit, Regulares unius religionis, superioribus propriæ religionis restituti debere à Prælatis alterius religionis, ad quorum ecclesias, & monasteria confugiunt, præstito tamen ab ipsis superioribus confugientium juramento, & facta obligatione de servanda immunitate ecclesiastica, & de restituendo confugientes præfatos ecclesiis, vel monasteriis, ad quæ conferunt, casu quo procedendum sit ad penas corporales, carceris perpetui, mortis, & tririmum, propter delicta ab ipsis confugientibus commissa, secus, si ipsi superiores procedere deberent ad penas ordinarias, & ad correctionem Regularem per constitutiones ordinis præscriptas, cujus rei declaratio ad definitorium provinciale, vel ubi illud non fuerit, ad consilium conventus spectabit. Quod si constituto Regulares confugientes penas dumtaxat ordinarias, & per constitutiones ordinis ad correctionem præscriptas promereri, Prælatis alterius religionis renuant eos propriis superioribus restituere, vel ipsi Regulares ad proprias religiosas adomas redire recensent, Sacra eadem Congregatio ad instar apostatarum, vel apostatas recipientium, in excommunicationem Summo Pontifici reservatam incursos declaravit: — Romæ 5. Sept. 1738. — J. Cardinalis Firrao. — C. Archiep. Damiate Secretarius.

4. Cum autem, sicut dictus Ignatius Procurator nobis subinde exponi fecit ipse decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti plurimum cupiamus: — Nos ipsi Ignatium Procuratorem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, & interdictionibus, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, nisi quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolutis, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis humiliter proreftis inclinatis, decretum præinsertum auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ congregationis Cardinalium.

6. Decernentes easdem præsentis literas, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, vel Delegatos etiam causarum palatii apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. 7. Non obstantibus, &c. 8. Volumus autem, &c.?

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die 20. Decembris 1738. Pontificatus nostri anno 9.

153. In hoc & superiore articulo plura Auctor, & quidem fuse, de immunitate locali habet, quæ tamen præxim tantum spectant: quæque ideo ansam nobis præbere videbantur, ut aliqua subnecremus de ejusmodi immunitatis origine, progressu, satis variis, & præsentis statu. Verum hoc non perfundorij laboris esset opus, & vix quidem dignum, quod hic subjungeretur. Cui tamen vacat, eaque tenere cupienti adendum præ ceteris est Mascambromius recentissimus hujus generis scriptor in suo opere, Italice conscripto, cui titulus: Degli asili de' Christiani ragionamento; ubi capite iv. illud præsertim enodatur, palamque fit: quomodo nimirum asyli jus apprimè cum naturæ, & civili delictorum vindicæ jure conveniat: quam bene hominum societati prospici-

ciat: & qui fines sacerdotum inter, & imperium intercedant.

At ut operi, in quo versamur, serviamus, è re duximus quatuor hic transcribere regulas, quas idem Mascambromius in fine penultimi capitis statuit ad amputandas ambages illas, ac tricas, quas de trivio Scriptoris inanibus movent questionibus, ibi: "E conciosiosamente che le questioni, le quali spettano alla pratica della locale immunità sieno presso che innumerevoli, à cagione che molti Autori hanno più amato fantasticare, che stillarsi il cervello sulla corteccia delle parole, che consumare utilmente il tempo nell' investigare lo spirito della chiesa, è de' canoni già prescritti sul modello de' libri santi, è delle apostoliche tradizioni, ho io divisato di ridurre à poche regole tutto ciò, che è stato dibattuto è messo in controversia sino ad ora dagli altri.

Per quello dunque, che concerne le persone, alle quali prestare si dee dal Clero ajuto, è refugio, la prima regola, con cui è da guidarsi tutto il sistema si è, che secondo l' indole primaria della Religione gli asyli, è gli Usizij di misericordia non sono da negarsi ad alcuno. Ma giacchè i Sommi Pontefici, i quali hanno da Cristo facoltà d' interpretare, ed accomodare, mezzando l' eterne leggi, è le più sane istituzioni divine alle varie occasioni ed opportunità, le quali si moltiplicano senza misura, giacchè, dico, i Sommi Pontefici hanno dichiarato, che alcuni delinquenti possono restare esclusi dal beneficio della franchigia, non s' lice à noi ampliare la significazione delle parole usate da loro nelle Bolle è nelle decretali più di quello, che porta la comune approbazione degli uomini. Facendo altrimenti s' accrescono sempre più le vane contese, è si reca spesso volte non piccolo pregiudizio ad una gran turba di christiani, i quali restano esclusi da' luoghi immuni, sol perchè così piacque decidere al capriccio di pochi Autori. Così per modo d' esempio quando si dice esser privato della franchigia chi commette omicidio deliberatamente, ed à malizia, non sono per questo da escluderne quelli, che presi da tumultuaria passione tolgono altrui la vita. Oltre di che si dee semper riguardare quella dolce indole del Sacerdotio, per cui furono costantemente difesi, ed ajutati, è tolti ancora per forza dalle mani della Giustizia tutti gli omicidi generalmente.

Similmente allorchè si dice esser escluso dal diritto del refugio chi è reo di lesa maestà, offendendo la persona stessa del Principe, per tal nome di Principe non è da intendersi ogni superiore, ma solamente il Sovrano; è per nome di delitto di lesa maestà, non si dee prendere ogni trascorso, che si commette contro la volontà del proprio signore, ma quella colpa, con cui è si macchia contro la vita di lui, è si tenta d' offendere qualch parte del suo corpo, è si contaminare il suo onore con ingiurie, è villanie, è pur se si faccia congiura co' suoi nemici, & loro si riveli il regio segreto, è finalmente se si concita ribellione, è tumulto, è gli si sollevino contro i sudditi stessi. Questi, che sono delitti di lesa maestà direttamente, non è gli altri, riguardati sono dalla Bolla di Gregorio con quelle parole: Aut lesa majestatis in personam Principis rei &c. E per vero dire chi non comprende, che altrimenti tutti i colpevoli sarebbero reo di lesa maestà, come quegli, i quali operando contro le leggi, sempre fanno contro la volontà del Legislatore?

L' altra regola è, che discendendo gli asili dalle più sincere massime della carità cristiana, è si neghino, è si concedano a' colpevoli, non mai però debbe mancare il Sacerdotio di usare in verso di loro qualche officio di beneficenza, è di misericordia. Per la qual cosa debbono i Vescovi spedire quanto più presto si può il processo de' delinquenti eccettati, perchè non si accresca sempre più l' odiosità de' laici contro l' ecclesiastica immunità: ma non debbono trascurare di farlo maturamente, affinché sempre abbiano i cristiani da riguardare ne' loro Pastori qualche partecipazione delle antiche misericordevoli consuetudini, è del pri-

prisco amore inverso de' refuggiti. Anzi non potendo mai colpevoli esclusi dalla franchigia esser privati di ogni officio di carità, è di clemenza, i Vescovi allorchè li consegnano al foro laicale, conviene, che s' interpongano quanto più possono efficacemente per ottenere loro il perdono. Così mancando a' cristiani il locale refugio, non mancherà loro almeno il primiero asilo, che fu l' intercessione, è l' amorevole sollecitudine de' loro Pastori.

La terza regola è, che essendo indirizzata la locale immunità, non già perchè trionfi, è si dilati impunemente la colpa, ma bensì al corregimento, ed all' emenda de' tristi, si dee perciò attentamente invigillare acciocchè colui, che si ricovera nelle chiese, non vi entri, è non vi dimori qual se fosse uno Scherano, ed un malandrino correato d' armi, è gonfio di arroganza, è di fusto, forse più disposto con dannevol esempio ad incendiare lo stesso tempio di Dio, che à rinconciarsi col prossimo, è à dare qualche contrassegno di pentimento. Questi perversi uomini à mio credere, è tutti eziandio coloro, che trasportano ne' luoghi immuni contrabbando, ed illecite mercanzie sarebbero indi da Cristo medesimo, che è il padre delle misericordie, è che nel tempio giustificò il pubblicano, discacciati, è mandati via bruttamente, come già fece una volta per nostro esempio. Io non dico già, che contro tal refuggiti sia da rinnovelarsi l' antico rigore delle pubbliche penitenze, non solamente perchè una tal costumanza non fu giammai comune rispetto ad essi, ma molto più perchè colla natura del refugio si adatta del pari la pubblica, che la privata penitenza: dico però, che à sostenere il fine, per cui introdotti furono gli asili tra' cristiani, è uopo, che i peccatori facciano almeno sembianza di ricorrervi umili, dimessi, è divoti: non altrimenti, che non si riceve negli ospedali, se non chi vi si presenta in forma di meschino, è di infirmo. Quindi saviamente Gregorio IX., è con esso quasi tutti i migliori Canonisti, pronunziò quella bellissima sentenza, che non debba giovare il beneficio della legge à quelli, che mentre li schieggono, se ne abusano, è peccano contro la stessa legge.

La quarta regola da osservarsi, è che eccettuati gli Oratori, è le private cappelle poste entro le case de' nobili, la franchigia non più conviene ad una chiesa, che all' altra; Talchè debbono gli ecclesiastici aiutare, è con coraggio, è con indifferenza tutte le persone, che vi ricorrono. E se alcuni piccoli paesi fossero oltramodò ricchi ed abbondanti di sacri edifizj, non vi si debbe però introdurre alcuna variazione prima di richiederne è consiglio, è licenza dalla S. Sede, la quale essendo guidata dal verace spirito di carità, è di prudenza, saprà adoperarci quei rimedi, che più le parranno opportuni, è per servizio di Dio, è per bene pubblico. In tal proposito io non so comprendere, come si laici abbiano continuamente molestati i sommi Pontefici, affinché restringessero l' immunità à piccol numero di delitti, è non abbianli anzi supplicati, acciocchè invocando gli asili alla primiera loro condizione, cioè à tal comune beneficio di tutti, gli avessero collocati, è stabilili oltre alle case de' Vescovi, alle quali convengono di loro natura, nelle chiese più nobili, come nelle Cattedrali, nelle Parrocchiali, nelle insigni Collegiate. Anche ciò sarebbe ridondato senza alcun dubbio in molto svantaggio de' diritti del Sacerdotio, dal quale furono anticamente veduti i refuggiti distesi anche alle croci, che s' impiantavano per le vie, non che à tutte le chiese, le quali non erano in poco numero appo i maggiori, ed infino à longhissimi spazj fuori delle loro porte, ed alle prossime case, ed a' giardini, ed à cimisterij, ed a' vicini portici a' bagni; ma per lo meno non sarebbero stati i sommi Pontefici costretti malgrado la ussoave indole loro, ora à negare agli uni, ora agli altri colpevoli il più sacrosanto Ufizj di misericordia, è di carità: Infine però la Santa Sede non prenda altri provvedimenti, giammai non fia, che alcuno osi variare sulla gelosissima materia de' sacri refugij nep-

pure le particolari consuetudini introdotte ne' luoghi intorno alla maggiore, è minore estensione della franchigia fuori de' templi immuni; ma si badi bene, si à togliere di mezzo le dissensioni, che nascono talvolta tra il Sacerdotio è l' Imperio à cagione de' degli sforti, è de' forni, è degli altri profani luoghi, ne' quali, contigui essendo alle chiese, pretendono di rifugiarsi impunemente i colpevoli. In tal maniera si toglie l' occasione à quel, che scrivono sul modello di Pietro Giannone di mettere in derisione ciò, che venendo è sacrosanto per sua natura à cagione degli abusi introdotti, i quali non hanno à fare cosa del mondo colla santa dottrina, è disciplina della chiesa. Finalmente se la civil potestà voglia rispetto agli asili procurarsi vera quiete, è sicurezza di coscienza, basterà, che ripensi, è rivolga per l' animo suo, che quando anche il sacro refugio non discendesse direttamente dalla dottrina di Cristo, è stato nondimeno mantenuto, è conservato in tutte le chiese per lo longhissimo spazio di tredici secoli, è che i Sacerdoti di tutte le cattoliche Provincie hanno sempre avuto in costume di fulminare gravissime pene contro di coloro, i quali hanno tentato di contaminarlo, è violarlo, è che i primi dottori della chiesa così Greca, come Latina, lo hanno vigorosamente sostenuto ad onta di tutti; senza ragionare della venerazione, con cui è stato riguardato da tanti Principi, è dagli Imperatori più rinomati. E se in così lungo spazio di tempo conservati si sono gli asili à favore di tutti i rei, quando non meno, che ora militavano i soliti pretesti della pubblica quiete, è del mal' esempio degli altri; perchè sono egli da abolirsi nei giorni nostri con grave disprezzo di tanti Canoni Ecclesiastici, è di tante censure, è di affaticamenti de' nostri Maggiori?

ARTICULUS IV.

Quoad ea, quæ specialiter concernunt Immunitatem realem, & personalem, & penas eam violantium, ac abolitionem ab eisdem.

SUMMARIUM.

1. Quid sit, & in quo consistat immunitas realis, & personalis.
2. Nominè personarum ecclesiasticarum qui veniant.
3. Nominè bonorum, seu rerum ecclesiasticarum qua veniant.
4. Omnes personæ vere ecclesiasticæ gaudent immunitate personalis.
5. Omnes res ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum gaudent immunitate reali.
6. Immunitas realis, & personalis est de jure divino.
7. Ecclesiastici etiam sponte non possunt solvere exactiones laicales, & laici à sponte dantibus non possunt accipere.
8. Quasnam penas incurrant Violatores hujus immunitatis; quasnam sint tales violatores, & à quo possint, vel non ab eisdem panis absolvi. Remissive.
9. Subneantur supplementa Auctoritatis, ad num. 11.

IMMUNITAS realis, & personalis ea est, & in hoc consistit, quod personæ ecclesiasticæ, & bona cuncta, seu res omnes ad personas ecclesiasticas, vel ad ecclesiam aliquam pertinentes, sint immunes, & libere, ac exemptæ à jurisdictione cujusvis potestatis, & personæ laicalis, atque ab exactionibus, & oneribus quibuscumque. Unde, ut vides, immunitas, qua res ecclesiarum, & ecclesiasticorum sunt immunes, vocatur realis: illa vero, qua personæ sunt exemptæ à jurisdictione, & ab oneribus personalibus, vocatur personalis: Ita in re omnes communiter; a. g. cap. Non minus 4. & cap. Adversus 7. de immun. ecclesiarum, cap. Quia nonnulli 1. de immun. in 6. Clem. unic. eodem cap. Quamquam 4. de censibus in 6. a. ubi. Item nulla, eod. de Episcop. & Cleric.

Nominè personarum ecclesiasticarum veniunt omnes Clerici, tum seculares, tum regulares utriusque sexus, etiam

etiam novit, & alii enumerari sub verb. Clericus art. 1. à num. 5. ad 18. & art. 2. *ferè per totum*, vide ibi. Nominè bonorum, seu rerum ecclesiasticarum veniunt omnes ecclesie, seu templa edificata una cum cœmeteriis, item vasa sacra, paramenta, vestes, & alia sive consecrata, sive benedicta ad divinum cultum deputata quasi instrumenta: Item bona à piis fidelibus oblata, donata, & destinata pro dote, & manutentione ecclesiarum, earumque Rectorum, & Ministrorum: Item alia bona ecclesiarum, & ecclesiasticarum personarum patrimonialia. Omnes personæ vere ecclesiasticæ gaudent immunitate personali, indeque liberæ, immunes, & exemptæ sunt ab omni jurisdictione, & foro cujusvis potestatis, & personæ laicalis, tum in causis civilibus, ex cap. Bona quidem 1. dist. 96. cap. In Canonibus 57. caus. 16. quest. 1. cap. Ecclesie Sanctæ Mariæ 20. de constitutionibus. cap. Qualiter, & quando 17. de Judiciis, cap. Si delinquenti 12. de foro competenti, & aubent. Statuimus, C. de Episcop. & Cleric. cum similibus. Tum in causis criminalibus, ex cap. Nemo unquam 1. cap. Nullus Judicium 2. cap. Relatum 13. caus. 11. capit. At si Clerici 4. de Judiciis cum similibus. Sic etiam omnes res ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum gaudent immunitate reali, indeque liberæ, immunes, & exemptæ sunt ab omni jurisdictione laicali, & ab oneribus, & exactionibus quoruscunque laicorum, cap. Quæ semel 4. caus. 19. quest. 3. cap. Ligna 38. de consec. dist. 1. cap. Non minus 4. & cap. Adversus 7. de immunitate eccles. cap. Quia nonnulli 1. de immun. in 6. Clement. unic. eod. cap. Sanctum est 1. de censibus, cap. Quamquam 4. eod. in 6. aub. Item nulla, C. de Episcop. & Cleric. leg. Sancimus 21. eod. de sacrosanctis eccles. Vide verb. Clericus art. 2. & art. 7. per totum, ubi late quoad immunitatem, & exemptionem.

6. Immunitas realis, & personalis est de jure divino, ut jam probatum est antea art. 1. num. 7. & sub verb. Clericus art. 2. à num. 77. usque ad 84. inclusive, & verb. Bona ecclesiastica art. 2. à num. 16. vide ibi. Ecclesiastici etiam sponte non possunt solvere exactiones laicales, & laici à sponte dantibus non possunt accipere: sic expresse statuit Urbanus VIII. constitut. incip. Romanus Pontifex §. 6. per extensum adducta sub verb. Bona ecclesiastica art. 2. num. 68. ubi declarat illicitas, & invalidas, & restitutioni obnoxias exactiones laicales etiam sponte datas, ibi: "Nec non quascunque contributiones, collectas, gabellas, militum hospitaliones, decimas, vel alias fructuum partes, aliaque onera, & gravamina quæcumque super ecclesiis, monasteriis, & locis piis, præsertim vacantibus, personis ecclesiasticis, & earumque, vel eorum bonis, seu fructibus, etiam præteritu, vel causa facultatis bona stabilia acquirendi, seu retinendi, ac quomodolibet per laicos præfatos, & quoscunque alios aliàs quomodolibet qualificatos, absque sufficiente facultate apostolica impositas, & exactasque etiam à sponte dantibus, vel contribuentibus." Et in §. 18. expresse excommunicantur laici omnes quoscunque sint dignitatis, & auctoritatis, qui collectas, exactiones, aliave onera clericis, aut locis piis, eorumque bonis imposita, etiam à sponte dantibus, & concedentibus sine speciali, & expressa Sedis Apostolicæ licentia recipiunt, & ex declaratione Sac. Cong. Immunitatis in Volaterrana 18. Septemb. 1629. Clericus non potest solvere collectas absque incurso censurarum, sic præcis verbis refert Pignatell. tom. 2. consult. 54. num. 62. qui ib. sub n. 88. subdit: *Clerus non potest sponte solvere gabellas à laicis impositas: eadem Sac. Congr. in Vicentina 15. Junii 1638. & in Adrien. 27. Sept. 1632.* Quoad hæc, & similia, vide verb. Bona ecclesiastica art. 2. per tot. & signanter à num. 68. ubi adducitur Bulla Urbani VIII. incip. Romanus Pontifex, in qua multa scitu necessaria statuuntur, & declarantur, ut ibi videre est, & num. 69. cum sequent.

8. Quas pœnas incurrant violatores hujus immunitatis,

(1) Exordium.

(2) Romani Pontifices reos homicidii proditorii præ-

quiam sint tales violatores, & à quo possint, vel non ab eisdem pœnis absolvi, jam satis dictum est sub verb. Bona ecclesiastica art. 3. per tot. Unde ne jam scripta rescribantur, vide ibi.

(Quo Auctor se refert, ibi notas hispanicas reperies.)

In prima hujus Bibliothecæ editione ab Auctore facta in articulo *Bannitus* num. 22. impressa est quædam epistola de mandato Pauli V. à Cardinali Sabello data ad Nuntium Regni Neapolitani, eaque reperiri asseritur in regestis Sacræ Congregationis Episcoporum & Regularium negotiis præpositæ fol. 55. Sub fide *Auctoris* hæc ipsa epistola impressa est in ceteris, quæ postmodum factæ fuerunt editionibus in eodem articulo *Bannitus*, non excepta hæc nostra postrema editione. Sed tandem aliquando animadvertimus fuisse hanc epistolam immane quantum lædere localem immunitatem, atque ideo inquiri cepit, an ea vere esset nec ne? Et suppositicia fuit deprehensa. In regestis enim dictæ Sacræ Congregationis non ipsa, sed hæc alia epistola fuit reperta, quam ad corrigendum errorem in quem nos traxit Auctor è re duximus hic imprimere.

Avendo nostro Signore inteso quello, che V. S. scrive alla Congregatione de' Vescovi con sua de' 7. Giugno prossimo circa ai disordini, che nascono per la frequenza di quelli, che confuggono ai luoghi sagri, ed inteso anche il senso di lei, che allargandosi seco la mano col concederli facultà di poter far' estrarre alcuni pii insolenti, si potrà col castigo di pochi dar esempio, è reprimere l' insolenza agli altri; nisi contenta la Santità sua di rimettere in lei, che in alcuni casi più gravi possa secondo la sua prudenza, dopo l' aver fatto ammonire li delinquenti, che partano; se ciò non giova, dar licenza alla corte secolare di estrarli, persuadendosi sua Santità, che ella sia per valersi di questa facultà solo quando conoscerà, che lo scandalo, ed il servizio pubblico lo ricerchi, dando però in ciascuno di detti casi avviso del seguito: E per fine Dio ec. &c.

Immunitatem, sive libertatem ecclesiasticam publice violantes, à Pontificaria Apostolica nequeunt absolvi: Benedictus XIV. tom. 1. constit. 95. incip. Pastor bonus §. 14. Immunitate ecclesiastica non gaudent homicide tam laici, quam ecclesiastici &c. Vide tom. 3. verb. Homicidæ, & verb. Banniti.

Hic attendenda est novissima constitutio felicis record. Summi Pontificis Benedicti XIV. quæ ut plurima continens circa immunitatem scitu necessarissima, ad literam datur. *

BENEDICTUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

OFFICI nostri ratio non eam modo sollicitudinem Nobis imponit, ut (1) sacrorum canonum leges, & prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum constitutiones, in quarum interpretatione nihil dubium, aut perplexum occurrit, exactissime servari, & impleri curemus; sed id etiam à nobis exposcit, ut exorientem circa aliquas ex illis dubiorum segetem, quæ earum debite executioni multis modis officere dignoscitur, opportunis editis declarationibus, aut definitionibus, amputare, ac removere studeamus.

Sane fel. record. Prædecessor (2) noster Gregorius Papa XIV. providam Juris canonici sanctionem præ oculis habens, quæ scilicet sub tit. *De homicidio voluntario, vel casuali* cap. 1. innovatum fuit vetus præceptum legis à Deo in Exodo latæ: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias sub altari meo coelvet cum ut moriatur*: per suam anno Incarnationis Dominicæ MDCXI. nono Kalendas

meditati, atque etiam in rixa voluntarie commisi, ab immunitatis beneficio excluderunt.

Junii editam constitutionem, quæ incip. *Cum aliam*: iis, qui proditorie proximum suum occidissent, ad ecclesias, locaque sacra, & religiosa confugiuntibus, ecclesiasticam immunitatem minime suffragari decrevit. Tum vero ipse mem. prædecessor quoque noster, ac dignitatis nostræ amplifactor Benedictus Papa XIII. anno Incarnationis Dominicæ MDCXV. sexto idus Junii, edita constitutione, quæ incipit: *Ex quo divina*: non eos tantum qui proditorie, ut præfertur, homicidium patrascent, verum etiam interficientes proximum suum animo præmeditato, ac deliberato, ab ecclesiasticæ immunitatis beneficio exclusit, & repulit. Demum san. mem. proximus prædecessor noster Clemens Papa XII. in sua constitutione, quæ incipit: *In supremo justitiæ solio*, anno Incarnationis Dominicæ MDCXXXIV. kalendis Januarii edita, eos etiam, qui homicidium in rixa commissent, dummodo homicidium non fuisset casuale, vel ad propriam defensionem, immunitatis prædictæ beneficio minime gaudere voluit, atque decrevit.

Insper idem proxime (1) memorati prædecessores Benedictus, & Clemens, ad ea, quæ in jure canonico, & in Gregoriant constitutione recensentur, nonnulla alia delicta addiderunt, quæ, si qui commiserint, eos à prædicto beneficio asyli, & confugii apud ecclesias, ac loca sacra, & religiosa, exclusos fore statuerunt; variasque à Doctores, ac dicti Juris, & constitutionum apostolicarum interpretibus, ac de immunitate locali agentibus, excitatas quæstiones, & controversias, declarando, ac definiendo sustulerunt; ut ex eorumdem constitutionum tenore colligere licet, atque etiam ex una è nostris institutionibus, quam olim dum archiepiscopalem Bononiensem ecclesiam præsentem moderabamur, pro illius populi curæ nostræ concediti instructione, editimus, quaque impressa extat tom. 2. editionis italicæ num. 21. in latina vero editione num. 41.

Ad hoc autem (2) ut in curia aliqua ecclesiastica, in casu aliquo ex delictis exceptis hujusmodi, ad extractionem delinquentis è loco immuni procedere, neque ad suos carceres transferre posset, quum præfatus Benedictus prædecessor satis esse voluisset, ut super delicti excepti qualitate, ac personæ reitate, ne supererent indicia, quæ ad capturam decernendam sufficientia reputari solent; ut vero extractum hujusmodi Ministris, & Officialibus curiæ secularis tradere, & consignare valerent, ea decrevisset indicia hæc processu informativo adversus extractum ipsum confectò resultare debere, quæ juxta regulas Juris vocantur ultra torturam; alter deinde prædecessor Clemens XIII. ampliando declaravit, ut quoties ecclesiastico Judici, ex indicis, non quidem ultra torturam, sed ad torturam tantum sufficientibus, de delicto excepto per extractum commisso constaret, posset idem extractum hujusmodi curiæ seculari tradere, & consignare. Ceterum idem Prædecessores nec auctoritatem ecclesiasticam ullo pacto per præmissa imminui, nec inde ullam Justitiæ lædendam occasionem captari posse voluerunt (3). Siquidem extractions delinquentium hujusmodi è loco immuni nunquam sine auctoritate Episcopi, & interventu personæ ecclesiasticæ ab ipso Episcopo deputanda, fieri posse statuerunt; nec unquam extractos ipsos, prædictis etiam occurrentibus indicis, curiæ seculari Officialibus tradi, & consignari, nisi ea lege, sub gravissimum censuram poenæ servanda, ut ecclesie, seu loco immuni restituerentur, quatenus in progressu cause idem extracti indicia hujusmodi purgarent, atque diluerunt.

(1) Alia quoque delicta eodem beneficio non gaudere decreverunt, & plures declarationes ediderunt. (2) Reos à loco immuni extrahi permisissent ex indicis ad capturam, & curiæ secularibus Officialibus tradi ex indicis ad torturam sufficientibus. (3) Extractionem tamen auctoritate ecclesiastica semper fieri voluerunt; traditionem vero sub conditionibus

Cum autem (4) ea, quæ per Clementem prædecessorem prædictum, Juris communis, & Gregorianæ, ac Benedictinæ constitutionum sanctionibus addita fuerunt, ultra fines temporalis domini Apostolicæ Sedis minime extenderentur, visum est nobis, eadem ad alias quoque regiones, quarum supremi Principes id postulassent, opportune ampliari posse. Itaque in Concordatis, tum quæ ann. MDCXXI. cum carissimo in Christo filio nostro Carolo utriusque Sicilia rege illustri, tum quæ anno sequenti MDCXXII. cum alio pariter carissimo in Christo filio nostro Carolo Emmanuele illustri quoque Sardinia rege sancita fuerunt, præmissas, aliasque in Clementis literis præfatis contentas dispositiones in eorumdem regum dominiis locum habere concessimus; mox etiam ad alia Principum id spectantium dominia, peculiaribus respective editis litteris, quarum exemplum videre est in tom. 1. Bullar. nostris constitur. 88. quæ incipit: *Aliis felicibus*: extendimus, & ampliavimus.

Verum, quum tot ista per prædecessores nostros prædictos (5), ac per Nos ipsos adhibita studia, non omnes quæstiones, quæ in tribunalibus excitari solent, tam super qualitatibus homicidiorum, quæ pro exceptis haberi debeant, quam super modo exequendi præfatis constitutiones in variis homicidiorum hujusmodi, aliorumque exceptorum delictorum casibus, de medio tollere, seu penitus antevertere valerint; id adhuc oneris Nobis relictum esse judicabimus, ut constitutas in hoc rerum genere agendi regulas, ad quas sæpissime tam ecclesiasticorum, quam secularium Judicum acta expendere, & exigere necesse est, nequaquam ultra difficultatibus, & dubiis involutas remanere pateremur. Itaque, omnibus mature pensatis, auditisque nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aliorumque gravium virorum, Jurisque canonici peritorum, & in criminalibus judiciis versatorum consiliis, motu proprio, ac de apostolica, qua fungimur, auctoritate plenitudine, nostram, & prædecessorum nostrorum mentem, in hunc, qui sequitur, modum declarare, & quædam etiam ex integro, ut infra, statuere decrevimus.

Ac primum (6) quidem; cum in memorata Gregorii prædecessoris constitutione, quæ incipit: *Cum alias*: videm ea delicta enumerantur, quæ ab ecclesiasticæ immunitatis beneficio exclusæ censeri debent; de laicis delinquentibus dumtaxat mentio habetur; deque his etiam tantummodo loquutus fuerit alter prædecessor Benedictus in supra citata constitutione, quæ incipit: *Ex quo divina*: placuit laudato prædecessori Clementi XII. hujusmodi constitutiones per suam, quæ incipit: *In supremæ justitiæ solio*: ad ecclesiasticos etiam quoscunque gradus, & ordinis homicidium animo præmeditato, ac deliberato patrascent, extendere, & ampliare; ita ut nec ipsi, in hujusmodi casu, ecclesiasticæ immunitate juvari possint; dummodo tamen commissi per eos homicidii causa ab eorum Judice ecclesiastico competente cognoscatur, ipsique ab eo, nisi rei reperti fuerint, citra pœnam sanguinis, ad præscriptum sacrorum canonum condigna puniantur animadversione. Cum autem dubitatum fuerit, an sub hac Clementis prædecessoris ampliatione, & extensione Regularium quoque ordinum professores, & alumnus comprehendatur (7); Nos ad omnem super hoc dubitationem tollendam, decernimus, & declaramus, omnes, & singulos quoscunque ordinis, congregationis, militia, & instituti regulares, tant in ipsis expressè professos, quam illis quomodolibet adscriptos, quoscunque gradus, & conditionis extiterint, etiam si

justitiæ conservandæ idoneis, (4) Leges pro S. R. E. dominiis hæc de re editæ, ad nonnullorum Principum ditiones extensæ fuerunt. (5) Plura tamen dubia adhuc declaranda supersunt. (6) I. Circa personas in dictis constitutionibus comprehensas. (7) Comprehensi declarantur Regulares.

«ex ipsorum ordinum privilegio, seu aliis quolibet expressa, & individua mentio de ipsis, eorumque ordinibus ad hoc ut sub præsentibus, aut præmissarum constitutionum censura comprehendantur, habenda foret, si qui unquam, quod Deus avertat, homicidium animo præmeditato, ac deliberato perpetraverint, à beneficio immunitatis ecclesiasticæ, juxta formam earumdem constitutionum Benedicti, & Clementis, exclusos fore, & censeri.

«Et quoniam prædictus (1) Clemens prædecessor speciali decreto edito die 5. Octobris 1736. expresse declaravit, mulieres etiam, quæ aliquod delictum ejusmodi commisissent, quod inter excepta, & ab immunitatis localis beneficio exclusæ, juxta præmissa, haberi debeat, pari jure hac in re cum viris censeri, & sub dispositione ipsius literarum incipiens. In supremo justitiæ solio: æque in omnibus comprehendere debere: Nos hujus nostræ constitutionis tenore declarationem prædictam approbamus, & confirmamus, eique inviolabilis legis, juxta quam in occurrentibus casibus judicari omnino debeat, plenarium robur adjuimus; decernentes similiter, ac declarantes, sub ejusdem Clementis, nostræque hujus constitutionis dispositione (2) etiam milites in omnibus, & per omnia comprehensos esse; nec ullum militare privilegium, hac in parte, ipsis suffragari posse, aut debere.

«(3) Præterea quum in præfata Clementis prædecessoris constitutione ab immunitatis prædictæ beneficio excludantur omnes, & singuli tam laici, quam ecclesiastici inquisiti, & processati, vel in contumaciam banniti, & condemnati, ex causa, & occasione homicidii, etiam in rixa commissi cum armis, seu instrumentis suapte naturæ aptis ad occidendum, dammodo homicidium non fuerit casuale, vel ad propriam defensionem: Sæpe disputari contingit, an is, qui non casu, vel ex propria defensionis necessitate, homicidium in rixa commiserit baculo, aut saxo, quæ scilicet, vel arma non sunt, vel si ita appellari possent, non tamen arma suapte naturæ ad occidendum apta reputari solent, ab immunitatis localis beneficio exclusi haberi debeat (4). Nos igitur super hujusmodi dubio definiendo decernimus quemcumque homicidam sive virum, sive mulierem, sive laicum, sive ecclesiasticum secularum, aut cujusvis ordinis Regularem, qui etiam baculo, aut saxo proximum suum occiderit, ecclesiastici confugii beneficio minime gaudere, ubi ex delicti circumstantiis dignoscatur, illis actum, quamvis in rixa commissum, non casu, aut ex necessaria defensione, sed ex odio, & nocendi animo ac voluntate prodidisse. Quæ quidem definitio nostra conformis est divine legi, quæ habetur in libro Numerorum cap. 35. ubi, designatis civitatis refugii pro iis, qui sanguinem proximi nolentes effudissent, ita subjungitur. «Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit, qui percussus est, reus erit homicidii, & ipse morietur. Si lapidem jecerit, & ictus occuberit, similiter punietur. Si ligno percussus interierit, percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi homicidam, statim ut apprehenderit eum, interficiet. Si per odium quis hominem impulerit, vel jecerit quidpiam in eum per insidias, aut cum esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit, percussor homicidii reus erit: cognatus occisi, statim ac inveniit eum, jugulabit: quod si fortuito, & absque odio, & inimicitia, quidquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem, & propinquum sanguinis questio contestata, liberabitur innocens de uloris manu, & reducetur super sententiam in urbem, ad quam confugerat, manebitque ibi, donec Sacerdos magnus, qui oleo sancto unctus est, moriatur.

(1) Item mulieres.

(2) Et milites.

(3) Il. circa homicidium baculo, aut saxo commissum.

(4) Quod decernitur à beneficio immunitatis exceptum, dummodo voluntario, etiam in rixa commissum fuerit.

«(5) Accidit autem in homicidiis id, quod in aliis delictis exceptis locum non habet, ut qui percussus, aut ictus fuerit, non statim moriatur; sed plerumque per aliquot horas, aut dies spiritum trahat. Interim percussor ad ecclesiam, aliamve locum immunem confugiens, asyli jure gaudet, quo privari non potest, ut homicida, quando percussus ab eo in vivis agit, dumque ex ipso loco immuni de sancti vita sollicitè explorare non desinit, si eum diutius victurum intelligit, à capto asylo nequaquam discedit; ubi vero illum ex accepto vulnere vitam amittere agnoscit, arrepta fuga, magistratum diligentiam prævertens, tempestive sibi consulit, meritasque penas evadit. Quod cum ab iis, qui justitiæ administrandæ præpositi sunt, Nobis expositum fuerit persepe venire, & quidem non sine magna publicæ tranquillitatis pernicie, ob impunitatis spem, quam facinorosi homines ex hujusmodi evasionis fiducia concipiunt, iidemque postulaverint, hujusmodi malum opportunis providentiæ nostræ remediis submoveri.

«(6) Ideo nos, de prædictorum fratrum nostrorum, valorumque prudentium consilio, per præsentis decernimus, ac mandamus, ut percussore ad ecclesiam, aliamve sacrum, aut religiosum locum confugiente, si chirurgi ad inspicendum vulnus acciti, græve vitæ periculum adesse retulerint, percussor ipse à loco immuni servatis servandis extractus, carceribus mancipetur; hac tamen lege, ut ecclesiæ omnino restituatur, ubi is, qui vulneratus fuerit, ultra tempus à legibus constitutum, superstes vivat, & quidem sub iisdem poenis, quibus in memoratis Benedicti, & Clementis litteris subjunguntur, qui delinquentem ex indicis ad torturam sufficientibus sibi traditum restituere recusent, postquam is in suis defensionibus hujusmodi indicia diluerit.

«(7) Quod vero in citata Gregorii prædecessoris constitutione, circa facultatem demandandi extractionem delinquentium à loco immuni in casibus exceptis, statutum fuit; ut scilicet ea ad solos Episcopos, aliosque Episcopis superiores Prælatos pertineat, non vero ad alios Episcopos inferiores etiam alii Ordinarii sint, aut nullius diocesis, ita ut occurrente casu in loco exempto, & nullius diocesis, tunc negotium hujusmodi ad viciniorum Episcopum devolvatur; id quod ab alio quoque prædecessore Benedicto in superioribus allegata ipsius constitutione confirmatum fuit, id ipsum Nos quidem præsentium literarum tenore approbamus, & confirmamus. Sed quoniam nonnulla ad Nos querela super hoc delata fuerint, quod quædam curiæ ecclesiasticæ pro parte Officialium curiæ secularis requisitæ, extractionem delinquentium in casibus exceptis hujusmodi, diutius quam par est, protrahere consueverunt (8); Nos ipsis Venerabilibus fratribus Episcopis, aliisque superioribus ecclesiarum Præsulibus, enixe, studioseque suademus, & respective mandamus, ut omnem querelarum occasionem in hoc rerum genere student amovere, & quoties de delinquentibus in casibus exceptis hujusmodi agatur, ad opportuna indicia adversus eos colligenda animum intendere non recusent, sique ea, quæ juxta præmissa requiruntur, revera suppetere agnoscant, eorumdem delinquentium extractionem à loco immuni quam primum decernant, ut vel in episcopalicis carceribus nomine ecclesiæ detineantur, vel etiam ad curiæ laicalis alicuius ejusdem ecclesiæ nomine retinendi, cum debitis cautelis transferantur. Nec enim ecclesiastici zeli officium in eo statuendum est, ut justitiæ cursus per apostolicas constitutiones præscriptas adversus facinerosos homines impediatur; verum in ecclesiæ immunitate,

(5) Ill. circa eos qui proximum vulneraverunt ad mortem.

(6) Hi etiam à loco immuni extrahi jubentur, restituendi tamen, si mors non sequatur intra tempus à lege præfinitum.

(7) Episcoporum privativum jus in præmissis asseritur.

(8) Eorumdem diligentia excitatur ad promptam constitutionum apostolicarum executionem.

«te, aliisque omnibus ecclesiasticorum locorum, & personarum juribus asserendis, & sustinendis, quum ea, contra sacrum legum præscriptum, infringi, ac violari contingat (1). Quum tamen hujusmodi moras tunc maxime intervenire poterunt, quum præfata delicta excepta non in civitatibus, sed per dioceses, in locis à curiæ ecclesiasticæ residentia remotis, perpetrantur; idcirco Nos per easdem præsentis prædictis Episcopis, aliisque superioribus Prælati facultatem concedimus, & imperimus, ut quoties in hujusmodi casibus pro parte curiæ laicalis requisiti fuerint, Vicariis suis foraneis, sive etiam aliis personis ecclesiasticis ad id per ipsos Antistites deputandis, committere possint, ut indicia ad extractionem necessariam juridice colligant; ut his nimirum inspectis, eidem Antistites, prout juris erit, ad delinquentium hujusmodi extractionem quantumvis decernendam procedere valeant.

«(2) Et quidem hæc omnia, quæ per præsentis hujusmodi declaravimus, definivimus, atque statuimus, tam in hac nobis nostra, & Bononiæ, Ferrariæ, Beneventana, aliisque omnibus civitatibus, terris, & locis, Nobis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiectis, etiam speciales, & individuum mentionem requiruntibus, eorumque curiis ecclesiasticis, & secularibus, etiam Baronibus, quam etiam in aliis regnis, provinciis, atque ditionibus, ad quas dictæ prædecessorum nostrorum constitutiones, sive peculiaribus concessionibus, ut supra, sive per viam concordati, extense, & ampliatæ fuerint, quatenus nimirum congruere dignoscantur cum eidem concordatis, quibus nulla in re derogare intendimus, locum perpetuo habere, suosque debitos effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis ditionum, regnorum, locorumque hujusmodi tam ecclesiasticarum, quam secularium curiarum Judicibus, Magistratibus, Officialibus, & Ministris, aliisque omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, per illud observari volumus, atque decernimus.

«(3) Illud etiam, quod in præallegatis nostrorum prædecessorum constitutionibus, sub gravissimarum poenarum interminatione, districtè vetitum fuit, ne scilicet curiæ seculares, eorumque Magistratus, Judices, & Officiales quicumque, ab ecclesiis, monasteriis, locisque sacris, aliquem delinquentem, etiam in casibus exceptis, sine ecclesiasticæ auctoritatis interventu, capere, extrahere, aut incarcerationem, neve ad declarandum, crimina à prædictis admissa esse de exceptis in eorumdem prædecessorum constitutionibus, (quum id ad solos, ut præfatur, Episcopos pertinere dignoscatur) quoquo modo procedere audeant, seu præsumant; Nos quoque iisdem motu, auctoritate, ac tenore confirmamus, & innovamus, atque ab omnibus, ad quos pertinet, seu pertinere imposterum, inviolabiliter etiam perpetuo observari præcipimus, contrafacientes quoque, & transgressores, easdem omnes penas, quæ in præallegatis constitutionibus indicæ sunt, omnino incurere statuimus, atque sancimus (4): Decernentes in numero transgressorum hujusmodi eos etiam esse, & censeri, qui in spretum ecclesiasticæ auctoritatis, & canonicarum sanctionum, præscripto ad superiores ecclesiasticos recursu posthabito, ecclesias, & loca immunita obsidere præsumunt, ac impediendo,

«ne ad illos, qui sacro confugio se tumentur, alimenta deferantur, sive aliter, eosdem in curiæ secularis potestatem se dedere cogunt; Nos enim eos, qui talia ausi fuerint, sive confugientes hujusmodi de exceptis delictis, sive de aliis non exceptis, inquisiti sint, omnes, & singulas penas, atque censuras adversus ecclesiasticæ immunitatis violatores, in jure, ac in prædictis constitutionibus apostolicis latis, atque statutas, incurere decernimus, ac declaramus. Sane hujusmodi artes, atque violentias aliis etiam temporibus intentari consuevisse non ignoramus (5); sed simul etiam ab ecclesiæ damnatas semper, atque proscriptas fuisse comperimus, idque satis demonstrant ea, quæ in pluribus Provincialibus Conciliis, habentibus quædam moteris, ac decimoquarto ecclesiæ seculi, statuta leguntur (6); ibi enim, expositis ecclesiarum circumsessionibus, interceptione alimentorum, aliisque artibus, quibus iis, qui ad ecclesias confugerant, ad conditionem adagebantur, quicumque similia attentare præsumperint, anathematis mucrone feriuntur. Et Nos igitur, qui ecclesiæ spiritum circa præmissa toties aperte declaratum, atque à prædecessoribus Nostris constantè servatum, exuere neque possumus, neque volumus, eidem per omnia inherentes, decernimus, & declaramus, omnes, & singulos, qui sub ecclesiasticæ immunitatis tutela degentibus, hujusmodi ratione vim inferre ausi fuerint, præter alias penas, atque censuras adversus ejusdem immunitatis violatores, ut præfertur, latis, atque sancitas, sine alia declaratione incurrendas, omni beneficio, ac privilegio ecclesiastici confugii, & asyli tam apud ecclesias, & loca immunita ab ipsis sic violata, quam apud alias quascumque ecclesias, & loca sacra, & religiosa, indignos, atque privatos fore, & habendos esse, non secus ac alii omnes, qui confugientibus vim inferunt, aut ipsos ab ecclesiis, aliove loco immuni, violenter extrahunt, & abducunt; quos scilicet laudatus prædecessor Bened. XIII. in sua allegata constitutione, non illius tantum ecclesiæ, quam violaverunt, sed cujuscumque etiam alterius ecclesiæ immunitate gaudere nequaquam posse, aut debere declaravit: & quorum Nos numero supradictos etiam jure & merito accensendos esse decernimus.

«(7) Denique quum, sicut accepimus inter temporalis domini nostri, ac nonnullarum finitimarum ditionum curias, reciproca quadam consuetudo inoleverit, ut qui certi generis delicta in alterutra ex ditionibus hujusmodi commiserint, & intra fines alterius se receperint, instanti curia illius ditionis, in qua delictum commissum fuit, capiuntur, eidemque curiæ tradantur; cumque, sicut etiam Nobis expositum fuit, hujusmodi traditionibus aliquando moram afferri contingat, propterea quod delinquentes hujusmodi, in teris, ad quas confugerunt, sub ecclesiæ alicujus, vel alterius loci immunitis tutela se receperint: idcirco Nos, ecclesiasticæ immunitatis rationes cum recta justitiæ administratione, & republicæ tranquillitate, opportune copulare volentes, decernimus, & mandamus, ut, si hujusmodi confugientes delictum ex iis quæ in apostolicis constitutionibus præfatis excepta sunt, in temporali Romanæ ecclesiæ dominio patravissent; in iudicia ad capturam requisita, ab Episcopo diocesis,

(1) Eisdem permittitur, ut indiciorum compilationem per dioceses aliis ecclesiasticis personis committere valeant.

(2) Hæcenus decreta serventur in omnibus locis, ad quæ Clementis XII. constitutio extensa fuit.

(3) Confirmantur poenæ statutæ adversus violatores immunitatis, & jurisdictionis ecclesiasticæ.

(4) Eorum numero habendos esse decernitur eos etiam, qui loca immunita obsidendo, aliisque artibus, confugientes in potestatem venire compellant.

(5) Hujusmodi artes pluries canonicis censuris damnata.

(6) Concilium Provinciale Lambertense hab. an. 1261. tom. 11. p. 1. Labbeæ collectionis Conciliorum col. 810. Concil. Exoniense anni 1287. tom. 11. p. 2. dictæ col-

lectionis col. 1281. tit. 15. Concil. Provinciale Neapolitanense anni 1303. dicto tom. 11. p. 2. ejusdem collectionis col. 1479. can. 6. Concil. Palentinum anni 1312. dicto tom. 11. p. 2. præfate collectionis col. 1607. cap. 7. Concil. Vallisolanum anni 1322. tom. 3. Collectionis Hispaniarum Cardinalis de Aguirre pag. 564. tit. 18. num. 51. Concilia Maritanense, & Sylvanense anni 1326. supra citato tom. 11. & col. 1770. cap. 5. Concilium Varenense anni 1368. eodem tom. 11. part. 2. dictæ collect. col. 2012. tit. 93.

(7) De his, qui delictum exceptum in una ditione patravissent, & ad locum immunem confugiunt in altera, ex qua, vigore mutæ consuetudinis, traderentur curiæ in loco delicti jurisdictionem habenti.

no (1), seu respective viciniore illius loci, in quo delinquens asylum cepit, sine mora transmittantur; ut hinc nimirum quatenus traditioni præfate locus esse debeat, extractionem delinquentis è loco immuni, auctoritate sua, & cum interventu personæ ecclesiasticæ, fieri mandet. Eadem ratione, si in præfatis aliorum principum ditionibus, in quibus traditionis prædictæ consuetudo viget, ejusmodi delictum commissum fuerit, quod, sive in vim Gregorianæ, aut Benedictinæ constitutionis, sive ratione concordati cum Apostolica Sede initii, sive extensionis alterius constitutionis Clementis XII. ab eadem Apostolica Sede specialiter impetratæ, pro excepto haberi debeat; volumus, & statuimus, ut Episcopus ille, ad quem, ratione loci delicti commissi, videlicet pertinere dignoscitur, memorata indicia ad capturam requisita cumulari faciat, eaque transmittat ad Episcopum ditionis ecclesiasticæ, intra cujus jurisdictionis fines illius delicti reus asylum delegit; ut hujus scilicet Antistitis auctoritate, aliquæ servatis servandis, à confugii loco extrahi, ac, si ita res feret, externæ postulantur curia valeat consignari (2). Volumus tamen, in quolibet ex præmissis casibus, in quibus de delictis, ut supra, exceptis tantummodo agitur, prædictarum Benedicti, & Clementis constitutionum, seu concordatorum respective leges, atque tenores, inviolabiliter observari, tum scilicet in eo, ut delinquentes ecclesiæ nomine in carceribus detineantur; tum etiam in eo, ut per Episcopos dumtaxat, privative quoad omnes alios etiam ecclesiasticos Judices, ex indicis, ut præfertur, ad torturam sufficientibus, declaratur, an delictum, de quo est questio, inter excepta connumerari debeat, nec ne? tum denique in eo quod pertinet ad obligationem restituendi reum ad formam dictarum constitutionum, quatenus in progressu casus, indicia hujusmodi sibi adversantia purgaverit, atque diluerit.

(3) Ipsas demum presentes literas, & in eis contenta quæcumque perpetuæ firmitatis vim, & robur habere, suasque integros, atque plenarios effectus, in locis, atque ditionibus prædictis, ac respective ubilibet locorum, & genitum sortiri, & obtinere, atque ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & quoquomodo pro tempore spectabit in futurum, etiam sub statutis poenis, atque censuris pro contravenientes ipso facto incurrendis omnino servari: sicque, & non aliter in præmissis, per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Cardinales hujusmodi Congregationes, Apostolicæ Sedis Nuntios, necnon seculares curias, & Magistratus, etiam supremos, aliosve quoscumque, quæcumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, etiam specialiter, nota, & mentione dignos, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, decernimus, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate sciencer, vel ignoranter contigerit attentari.

(4) Non obstantibus præmissis, aliisque quibuslibet apostolicis constitutionibus, regulis, & ordinationibus necnon quarumcumque ecclesiasticarum, aut secularium curiarum legibus, edictis, stylis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegii quoque, indulgentiæ, & facultatibus, quibusvis personis etiam specialiter mentione dignis, & quavis quantumcumque sublimi dignitate, & auctoritate fungentibus, & ex quibusvis etiam gravibus, & urgentissimis causis, seu quibuscumque Regularium ordinibus etiam Mendicantium, & Militantium, etiam S. Joannis Hierosolymitani, seu Monachorum, aut Clericorum Regularium

Congregationibus, Societatibus, & institutis (etiam Societatis Jesu) aliisque quibusvis etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, cum quibuscumque clausulis, & decretis, etiam motu, & potestate plenitudine similibus, seu consistorialiter quomolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluries confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, formas, & causas presentibus pro plene, & sufficienter expressis, atque etiam insertis, ac respective servatis habentes, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat prædictis motu, scientia, & potestatis plenitudine derogamus; & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque: seu nisi aliquibus communitur, aut divisim ab hac eadem Sede indultum, quod nullo in casu, seu extra certos casus, certisque de causis excommunicari, suspendi, aut interdicti non possint, nisi per literas ejusdem Sedis, facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

(5) Ut autem presentes literæ, & in eis contenta hujusmodi, ad omnium notitiam perducantur, nec quisquam de eis ignorantiam præterdere valeat, volumus easdem ad valvas ecclesiæ S. Joannis in Laterano, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis Innocentianæ, aliisque locis solitis, & consuetis ejusdem urbis per Curatores nostros, ut moris est, publicari, earumque exemplis affigi, sicque publicatas, & affixas, omnes, & singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum, perinde afficere, ac si uniuersis illorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent; earum quoque transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo persone in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem fidem in iudicio, & extra illud ubique haberi, quæ ipsis presentibus haberetur, nisi originaliter exhiberentur, & ostenderentur.

(6) Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum declarationum, definitionum, ordinationum, confirmationum, prohibitionum, mandatorum, decretorum, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis ausu hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

(7) Datum Romæ apud S. M. Majorem anno Incarnationis Dominicæ mdccl. idibus Martii, Pontificatus nostri anno decimo. — D. Cardinal. Passioneus. — J. Datarius. — Visa de Curia = J. C. Boschi. — Loco Plumbi.

De extractione reorum ad Sacrae Inquisitionis officium spectantium à locis immunitis, ad que forte confugerint.

Epistola encyclica ad Inquisitores contra hæreticam pravitatem deputatos.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem, & apostolicam benedictionem.

ELAPSO proxime (8) anno mdccl. edita à Nobis fuit apostolica constitutio, data idibus Martii, cujus initium est, Officii nostri: quæque agit de locali ecclesiarum immunitate. In ea Nos prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum Gregorii XIV. Benedicti XIII. & Clementis XII. constitutionibus, inherentes, sublatis de medio quibusdam cavillationibus, & subterfugijs, quibus

(1) Indicia contra hos cumulantur ab Episcopo, ad quem spectat, ratione loci delicti, & transmittantur alteri, ad quem spectat extractionem decernere.
 (2) In extractione, & in reliquis omnibus, serventur constitutiones, & concordatæ.
 (3) Præsentibus literæ omnimodam firmitatem, debitamque executionem sortiantur.
 (4) Præsentibus literæ omnimodam firmitatem, debitamque executionem sortiantur.
 (5) Contrariis quibuscumque non obstantibus.
 (6) Earum publicatio vim personalis intimationis, transumpta vero autographi fidem obtineant.
 (7) Sanctio.
 (8) Data die 12. Martii 1759.

abus earum executio impediatur, decrevimus, atque statuimus, ut is, qui criminis excepti reus foret, si quando in immunitem locum confugeret, extrahi ab eo deberet, quotiescumque indicia ad torturam sufficientia haberetur, quæ delictum comprobarent; utque præterea extractio non nisi auctoritate Episcopi, & cum interventu personæ ecclesiasticæ ab eodem Episcopo deputandæ fieri deberet; ac demum ut dum curiæ seculari traditio feret, indicenda censura essent ab eadem incurrendæ, nisi extractus ecclesiæ restitueretur, quoties ab eodem in progressu causæ purgata fuissent indicia, ex quibus ipse parati delicti reus arguebatur. Quia vero memorati prædecessores nostri decreverunt, extractionem à loco immuni non nisi à solis Episcopi, aut à Prælati, qui eisdem Superiores essent, fieri debere, exclusis inferioribus, licet Ordinariis, ac nullius diocesis, & separatim territorium habentibus, quo in casu extractio ad viciniorum Episcopum devolveretur, idem à Nobis pariter in citata constitutione nostra decretum fuit.

(1) Hæreses crimen, ut probe compertum habetis, exceptum est, quippe illius est reus, asylo ecclesiæ minime gaudet, is etiam inherendo, quæ in constitutione Gregorii XIV. quæ immunitatis localis regulis, ac norma præscribitur, decreta fuerunt. Cum autem in Congregatione Sanctæ Inquisitionis feria quinta die 28. Januarii ventris anni 1751. coram Nobis de more habita, excitatum dubium fuisset, quæ ratio servanda, & qui modus adhibendus esset, quoties reus hæresos extrahendus esset ab ecclesia, ad quam confugisset, ne in carcerem duceretur, sive cum eo vinculis, quibus tenebatur, aut ex tremibus, aliove loco, ad quem relegationis, aut operis faciendæ causa damnatus fuerat, fuga evadisset; Nobis, qui præcedenti anno memoratam constitutionem condidimus, reservavimus, ut super hujusmodi re pronunciaremus, quod nunc per ea, quæ subjicimus præterea intendimus.

(2) Aut agitur de hæresos crimine, quæ præcipua tribunalis Sancti Officii inspectio est; ut de aliis exceptis criminibus, quæ immunitatem non gaudent; aut de aliis criminibus, quæ excepta sunt, & quæ immunitatem gaudent, sed ideo ad tribunal pertinent, quod ab aliquo ex illis commissa sint, qui, utpote ipsius tribunalis jurisdictioni subjecti, iudicium illius subire debent.

(3) Si de crimine hæresos agitur, cum à prædecessore nostro Joanne XXI. qui XXII. dictus est, in sua constitutione, cujus initium: Ex parte vestra in Bullario Romano tom. 1. decretum fuit, quod hæretici, aut de hæresi suspecti, necnon Judæi, qui cum ad catholicam fidem conversi fuerint, deinde in apostasiam incidunt, si ad ecclesiam confugerint, statim per Inquisitorem ab eadem extrahi debeant (4); minime quidem nostra mens est, ut prædictæ constitutioni derogemus, imò eandem observari volumus, eam tamen methodum adhibendo, ac servando quam modo subjungimus: videlicet, quod Inquisitor, quoties hujusmodi reus ab ecclesia extrahendus erit, omnem adhibeat curam, ut id majori, quæ decet erga domum Dei reverentia, contingat. Et quoniam fieri omnino nequit, ut ante extractionem, indicia, quæ contra reum habentur, Episcopo communicentur; cum secreti lex id minime patiatur, & quoniam, ubi etiam id fieri posset, inutile id prosum esset, cum notum sit sacrum Inquisitionis tribunal ad capturam minime procedere, nisi simplena delicti probatio præcesserit; non tamen illud omittat, ut vel ante, vel post captu-

ram, Episcopum de ea certiore faciat; tam propter reverentiam, quæ illius dignitati debetur, tam ut, quantum fas est, id quod in constitutionibus Gregorii, Benedicti, Clementis, ac nostræ decretum est, adimpleatur. Quod etiam ea de causa ita à Nobis decernitur, propterea quod viderimus, olim in Congregatione S. Officii, quæ coram prædecessore nostro Urbano VIII. feria quinta 10. Junii 1638. habita fuit, proposito casu, ac discussio dubio: An reus de hæresi inquisitus, confugiens ad ecclesiam, debeat extrahi ab Episcopo, vel ab Inquisitore? Pontifex, auditis votis respondit reum posse extrahi ab Inquisitore, certiorato ante, vel post, Ordinario.

(4) Ubi autem de aliis criminibus exceptis agitur, quæ tamen hæresos minime sint, ac multo magis si de his agatur, quæ inter excepta non recensentur, etiam si ad sacri tribunalis cognitionem, vel quia ab aliquo ejusdem jurisdictioni subjecto commissa sint, vel alio quocumque nomine pertineant, declaramus, eos, qui casuum minime exceptorum rei sunt, immunitate gaudere debere; quoties autem casuum exceptorum rei, qui tamen hæresos rei non sint, ab ecclesia extrahi debeant, ea omnia exacte observanda esse, tum quæ in constitutione nostra, tum quæ in aliis præcedentibus constitutionibus decreta sunt, indicia nimirum, quæ ad torturam sufficientia sint, Episcopo communicari debere, cum hic secreti lex minime impedimento sit; præterea extractionem non nisi auctoritate Episcopi, & cum interventu personæ ecclesiasticæ ab eodem deputandæ, faciendam esse, aliæque omnia servanda, quæ in dictis constitutionibus leguntur.

(5) Quæ hæcenus dicta fuerunt, eorum etiam respectu servanda sunt, qui ex carceribus, sive ex tremis, sive ex loco eorum relegationis effugerint, & in ecclesiæ alicujus, vel loci immunitis asylum sese recipiunt; si enim hi rei, vel damnati propter hæresos crimen sunt, eorum extractio ab Inquisitore faciendæ erit, ita tamen, ut de ea, vel ante, vel post Episcopus certior fiat; si vero rei, aut damnati sint propter aliquod delictum exceptum, non autem propter crimen hæresos, sive pro alio delicto, quod minime exceptum sit; quoad primos, extractio fiat Episcopi auctoritate, & ecclesiastica persona interveniente ab eodem Episcopo deputanda (7); quoad secundos autem, in asylum, ad quod confugerint, remanere sinantur, etiam si ex tremibus cum catenis effugerint, dummodo à prædictarum tremium, aliorumve justitiæ ministrorum manibus liberi essent; nisi forte Episcopus indultum à Sede Apostolica habeat, ut à tremibus fugitivos extrahere ab ecclesiis possit, cum in hoc casu, ob fugitivum recuperandum, ad eundem recurrere liceat, vel etiam ad Apostolicam Sedem, si hujusmodi indulto Episcopus careat; cum ipsa Sancta Sedes in particulis casibus, quoties id delictum exigat, nequaquam renuat Episcopi auctoritatem impertiri eos ab ecclesiis extrahendi, qui è carceribus, ac tremibus effugerint, licet criminis excepti minime rei sint. Hæc Inquisitoribus, quæ significatæ, habuimus, atque interim illorum singulis apostolicam benedictionem impartimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die xv. Februarii mdccl. Pontificatus nostri anno undecimo.

De immunitate reali vide quæ diximus in additione ad verbum Bona art. 2. per tot. &c.

(1) Capita quædam constitutionis circa immunitatem localem nuper editæ referuntur.
 (2) Dubium super extractione reorum criminis hæresis à locis immunitis, ad quæ vel ante incarcerationem, vel à carceribus elapsi, vel ad penam damnati confugerint.
 (3) Distinguantur casus.
 (4) Hæretici, & apostatæ à fide immunitate locali

non gaudent, & ab Inquisitoribus extrahendi sunt.
 (5) Servata tamen reverentia sacris locis debita, & certiorato, vel ante, vel post Ordinario.
 (6) Præmissa respective serventur etiam quoad eos, qui è carceribus, aut tremibus, vel è loco relegationis ad ecclesiam confugerint.
 (7) Fugitivi è tremibus extrahi nequeunt ab ecclesiis sine indulto apostolico.